eorũ eſſe ranæ marinæ ſimilia:reliquas partes gobiorũ.Brãchias ut cæteris piſcibus.Circa heracleã &
toronẽ & lycum amnẽ eſſe multifaria.In ponto unũ genus eſſe: quod extremas fluminũ aquas ſectet
cauernaſq; ſibi faciat in terra:atq; ĩ iis uiuat etiam reciprocis ãnibus ſiccato littore.Effodi ergo:motu
demum corporum uiuere eos approbãt.Circa heracleam eandẽ eodemq; lyco amne decedente ouis
relictis in limo generari piſces:quia ad pabula petenda palpitent exiguis branchiis.Quod fieri non in
digo humoris:propter quos & anguillas diutius uiuere exemptas aquis.Oua autẽ ĩ ſicco maturari ut
teſtudinum eadem in ponti regione apprehẽdi in glacie piſcium quoſdam maxime gobiones nõ ni
ſi patinarũ calore uitalem motum fatẽtes.In iis quidem tametſi mirabilis:eſt aliqua ratio.Idem tradit
in paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibꝰ.In iis locis ubi nullæ reſtagnent
aquæ.Miraturq; & ipſe gigni ſine coitu.Humoris quidẽ ui aliquã ineſſe quã puteis arbitratur:cũ non
nulli repperiantur piſces.Quicqd eſt hoc certe minus admirabilem talparum facit uitam ſubterranei
animalis:niſi forte uermium terrenorum & iis piſcibus. Admirabile facit talparũ uita

De muribus nili. Cap.lviii.

u VErum omnibus iis fidem nili inundatio affert omnia excedente miracula.Quippe detur
gente eo muſculi reperiuntur inchoato opere.Genitalis aquæ terræq; iam parte corporis
uiuentes:nouiſſima effigie etiamnum terrena.

De anthia piſce:& quomodo capiatur. Cap.lix.

n HEc de ãthia piſce ſileri cõuenit.Itaq; pleroſq; aduerto crediſiſſe apđ chelidonias iſulas quas
diximus aſiæ ſcopulos in mari ante promontorium ſitas.Ibi frequẽs hic piſcis & celeriter Taur
capitᷣ uno genere:puo nauigio & cõcolori ueſte:eadẽq; hora per aliquot dies cõtinuos pi
ſcator enauigat certo ſpatio:eſcamq; piicit.Quicquid ex eo mutetᷣ:ſuſpecta fraus prædæ ẽ.
Cauẽſq; quod timuit:cũ id ſæpe factũ eſt.unus aliquando conſuetudine iuitatus ãthias eſcam appetit.
Notatur hic ĩtentione diligenti:ut auctor ſpei:cõciliatorq; capturæ.Neq; eni ẽ difficile cũ per aliquot
dies ſolus accedere audeat:tandẽ & aliquos inuenit paulatim comitatior.poſtremo greges adducit in
numeros:iã uetuſtiſſimis qbuſq; aſſuetis piſcatorem agnoſcere & cibum e manu capere.Tum ille pau
lum ultra digytos in eſca iaculatus hamum ſingulos inuolat uerius q̃ capit:ab umbra nauis breui co
natu abſcedens.Ita ne cæteri ſentiant alio intus excibiente centonibus raptũ:ne palpitatio ulla:ut ſo
nus cæteros abigat.Conciliatorem noſſe ad hoc prodeſt:ne capiatur.parcit piſcator ſigituro ĩ reliquũ
gregem. Ferunt diſcordem ſocium duci ſotii inſidiatũ pulchre noto cœpiſſe malefica uolũtate.Agni
tum in macello a ſocio cuius iiuria erat:& dati damni formula ex edicto condemnatum.addit Mutia
nus æſtimata lite decem libris.Idem anthiæ cum unum hamo teneri uiderint:ſpinis quas ĩ dorſo ſer
ratas habent lineam ſecare traduntur:eo qui tenetur extendente:ut prædici poſſit.At ĩter ſargos ipſe q
tenetur ad ſcopulos lineam terit. De ſtellis marinis. Cap.lx.

p PRæter hæc claros ſapientia auctores uideo mirari ſtellam ĩ mari.Ea figura eſt parua admo
dum caro ĩtus:extra duriore callo.Huic tam igneum feruorem eſſe tradũt:ut omnia in ma
ri contacta adurat.Omnem cicum ſtatim peragat.Quibus ſit hoc cognitum experimẽtis
haud facile dixerim Multo mirabilius dixerim id cuius experiendi quottidie occaſio eſt.

De dactylis.eorumq; miraculis. Cap.lxi.

c COncharum e genere ſunt dactyli ab humanorum ũguium ſimilitudine appellati.Iis natu
ra intenebris remoto lumine alio fulgore clarere:& quanto magis humorem habeãt.Lu
cere im ore mandentium.Lucere in manibus:atq; etiam in ſolo:atq; ueſte decidẽtibus gut
tis:ut proculdubio pateat ſucci illam naturam eſſe:quam miremur etiam in corpore.

De inimicitis & amicitiis inter ſe aquatilium. Cap.lxii.

s SVnt & inimicitiarũ atq; cõcordiæ miracula Mugil & lupus mutuo odio flagant.conger &
murena caudas ĩte ſe prærodentes.polypum ĩ tantum locuſta pauet:ut ſi iuxta uiderit om
nino moriatur.Locuſtam conger:Ruſſus polypum congri lacerant.Nigidius auctor ẽ præ
rodere caudã mugili lupum:eoſdem ſtatis menſibus concordes eſſe.Omnes autẽ uiuere q
bus caudæ ſic amputentur.At e contrario amicitiæ exempla ſunt:præter illos de corum diximus ſocie
tate.Balenæ muſculus quãdoq; prægraui ſuperciliorũ pondere obrutis eius oculis infeſtantia magni
tudinem uada prænatans demonſtrat:oculorumq; uice fungitur.Hinc uolucrum naturæ dicentur.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .X.

DE natura auium. Cap.i.

s SEquitur natura auium:quarum grãdiſſimi & pene beſtiarũ generis ſtruthioca me
li.Africi uel æthiopici altitudinem equitis inſidentis equo excedunt:celeritate ui
cũt.Ad hoc demum datis pennis ut currentem adiuuẽt.cætero nõ ſunt uolucres:
nec a terra collunᷣ.Vngulæ iis ceruinis ſimiles:quibus dimicant.biſulcæ compre
hendẽdis:lapidibus utiles:quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus.Con